

batio, quantumcumque liquidissima executionem habet. And.R. in tractatu de executione cap. 1. art. 2. n. 16. Nec valet consequentia, 91 causa est summaria, ergo executiva, quia in causa summaria proceditur iuris terminis feruatis, licet abbreviatis, & admittitur appellatio de. dispensationem, de iudicij. clem. saepe, de verborum signif. nisi aliqua specialis ratio, & causa obstat. A contrario autem consequentia valet, est executiva, ergo summaria, non enim quod aliqua causa sit inappellabilis, & sententia exequatur, dicitur procedi in ea executivè, quoniam hoc etiam accidit in vna sententia lata in iudicio ordinario, vt est videre in possessorio (vt infra suo loco dicemus) & in causis criminalibus, & in causis super prouisione beneficiorum Parochialium, quando iudex vult, iuxta text. & gl. in cle. dispensationem, de iudicij. & aliis infinitis.

93 Et de materia salariorum vltra supra citatos vide multa allata in propositum per Marchesam. d. cap. 19. per totum. qui num. fin. bene aduertit pro salariis aduocatorum Procuratoris & similibus. Tractatur & conuenitur debitor, vbi causa tractata est, & eius sortitur forum, ex l. 1. §. in honorarijs, ff. de varijs & extraordinarijs cognit. & ita tractatur, Bobadilla in politic. lib. 2. c. 17. à n. 130. 94 qui loquitur in iudice Ecclesiastico, vt possit laicum litigantem compellere ad salarium Aduocatorum & aliorum. Mandos. in formula commissio. 1. 1. in verbo validitate iurisdictionis. Gratianus in disceptatio forens. c. 154. n. 24. tomo 1.

CAPVT III.

Appellanti à sententia, qua quis condemnatur ad solutionem pensionis super eius beneficio appositæ; an & quando ob denegatam delationem vis fiat.

SYMMARIUM.

Pensio seruata pro alimentis & pro vite humane sustentatione non recipit appellationem suspensiuam, vbi de exemplis. n. 1.

Pensionis processus sine fulminetur executivè, sine summarie tantum, appellatione suspensiuæ caret. num. 2.

Subsidium charitativum impositum per Episcopum pro alimentis appellationem non admittit. n. 3. Salarij & mercedis executio non suspenditur per appellationem. n. 4.

Pensionis ad solutionem eodemmodo vigore Bullarum Pontificalium ex causa puta, resigna-

tionis, non potest impedire executionem per appellationem. n. 5.

Littere Apostolice ob eius reuerentiam habent executionem paratam, qua non suspenditur per appellationem. n. 6.

Litterarum Apostolicarum virtute proceditur executivè contra titulum tam ob earum reuerentiam, quam ob obligationem cameralem, que in eis fieri solet. n. 7.

Commissio appellationis ab executione litterarum pensionis rescribitur cum clausula (sine preiudicio legitime executionis) & non cum clausula quam dicit Gnegas. n. 8.

Clausula (sine retardatione solutionis pensionis) tunc apponitur, quando committitur appellatio super nullitate, aut reductione pensionis, & alijs, vt in n. 9.

Clausula (sine preiudicio litterarum Apostolicarum) quando apponatur. n. 10.

Commissio appellationis ab executione vigore camerale obligationis, qua clausula rescribitur. num. 11.

Ab executione litterarum Apostolicarum, instrumenti camerale, aut rei iudicæ appellans presupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens, nempe, executionem, & sic nihil agit. n. 12.

Clausula (sine preiudicio litterarum, &c.) & similes preseruat iurisdictionem iudicis à quo, nec commissio impedit ad ulteriora procedere. num. 13.

Clausula (sine preiudicio litterarum, &c.) stante potest iudex à quo titularum cogere ad solutionem pensionis. n. 14.

Clausula preseruatua stante commissarius non potest inhibere iudici à quo. n. 15.

Clausula preseruatua eneruat vim & effectum inhibitionis. n. 16.

Inhibicio ceterum expedita subintellecta illa clausula preseruatua prout in commissione, à qua non aliter iudex recipit iurisdictionem. n. 17.

Inhibitioni censetur inesse dicta clausula conditio, quia iudex non habet iurisdictionem nisi peracta executione, qua deficiente euasit inhibicio. n. 18.

Ab inhibitione, cui virtualiter inest clausula preseruatua, appellationi emissa est vt legitima deferendum. n. 19.

Clausula preseruatua limitat, & suspendunt iurisdictionem iudicis de appellatione cognitur vbi clausula preseruatua (sine preiudicio, &c.) tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, vt iudex non possit in causa appellationis procedere nisi soluta prius pensione. n. 20.

Clausula preseruatua operatur vt non possit in causa principali procedi etiam si verè pensio sit soluta, in actis tamen de solutione non constat. num. 21.

Iudex

Iudex debet esse certus de sua iurisdictione. n. 22.

Qualitas & natura appellationis multoties variatur, & alteratur ex modo procedendi. n. 23.

Exceptionem legitimam, puta, surreptionis, defectus iurisdictionis, vel ortam ex ventre gratie tacite, expresse, pure, aut conditionaliter, si executor non admittat, excedet, & appellatio vti legitima suspendit. n. 24.

Et hoc casu Senatus Regius aditus per viam violentie deferre, & reponi, decernit. ibidem.

Auditori Camera denegatur iurisdictione in prima instantia, quando excedit metas, & formam rescripti, & recte executionis. n. 25.

Pensionis executioni locus non erit, nec clausula (sine retardatione) vel (sine preiudicio legitime) effectum habet, quando ex ventre Bullarum constat de vitio nullitatis, pensionis, aut alterius legitime exceptionis. n. 26.

Clausula preseruatua (sine preiudicio legitime executionis, &c.) non procedit nisi pro summa contenta in sententia. n. 27.

Exceptio orta ex ventre Bulla tunc impedit executionem illius, quando gratia est conditionalis, non alias. n. 28.

Clausula (sine retardatione, &c.) effectus non impeditur, quando pensionarius est in quasi possessione exigendi pensionem, licet exceptio oriatur ex ventre Bulla. n. 29.

Quod fuit in ipsa possessio sit turbida & non clara, pensioq. fuerit exacta per compulsionem & metu censurarum, quia tunc neminem constituit in possessione. n. 30.

Auditor Camera postquam sibi littera pensionis sit presentate, procedit vel per viam monitorij vsque ad mandatum executiuum, vel per viam processus fulminando censuras, committendo publicationem omnibus & singulis, &c. num. 31.

Subexecutor virtute clausule (ceterum processibus fulminatis, &c.) debet esse canonicus Cathedralis, vel alias in dignitate constitutus, quia est mixtus summariam & executiuam habens causa cognitionem. n. 32.

Subexecutor litterarum pensionis quemadmodum procedat ad earum executionem, & quo ritu stylo. n. 33.

Si agitur contra possessorem beneficii, qui pensioni consentit, statim seruatis tamen terminis de stylo Rome seruari solitis, aut accusata contumacia, datur in eum sententia declaratoria facta expensarum condemnatione. n. 34.

Pensionis reservatio si est conditionalis, aut possessor non est qui illi consentit, debet pensionarius coram executeore de quasi possessione exigendi pensionem docere, alias debet narratiuam, & conditionem verificare. n. 35.

Pensionis non consentiens successor, vt queat declarari in censuras incurrisse, debet Bulla ipsa intimari, ad faciendam autem executionem in Salgado de protect. Reg. Tom. II.

eius bonis sufficit monitorium auditoris inserto tenore gratie. n. 36.

Citatus ad totam causam si est contumax, alia non requiritur citatio. n. 37.

Citanda sunt partes ad omnem causam inclusivè, & citationes qua postmodum fiunt in Curia per audientiam contradictarum, procedunt potius ex urbanitate, quam necessitate. num. 38.

Citatus si compareat, & aliquam legitimam exceptionem opponat contra executionem pensionis (de quibus hie) debet iudex breuem terminum assignare, cum incontinenti exceptio probanda sit. n. 39.

Exceptiones opposita si requirant altiore indagationem, reservantur iudicio ordinario. n. 40.

Exceptio litis pendente super nullitate aut reformatione pensionis non impedit interim agere via executiva ad ipsam pensionis exactiorem. n. 41.

Quod procedit sine quando lis pendet vigore commissionis Pontificis cum clausula ordinaria (sine retardatione solutionis pensionis, &c.) & quibus rationibus hac clausula in commissionibus apponatur. ibidem, & n. 50.

Possessori nouo beneficii competunt remedia possessoria pro rebus ad illud spectantibus, quas non possedit, dummodo predecessor fuerit in possessione. ibidem.

Pensione translata vigore litterarum si titularis alleget, non rectè factam fuisse translationem, commissio conceditur cum clausula (sine retardatione) licet translatus nunquam fuerit in quasi possessione exigendi sed transferens sic. n. 42.

Titulari etiam habente vnam sententiam pro se in commissione super translatione pensionis, rescribitur cum clausula (sine retardatione, &c.) num. 43.

Litis super reformatione aut nullitate pensionis etiam si pendat coram ordinario absque commissione, vel cum ea, etiam absque dicta clausula preseruatua, adhuc talis exceptio non impedit executionem pensionis. n. 44.

Etiam si ordinarius hoc casu executeorem inhibuisset, quia cum sit inferior non potest. num. 45.

Clausula (sine retardatione, &c.) apponi solet in commissione, super causa reductionis vel nullitatis pensionis ob Pontificis reuerentiam, & calumnias debitorum. n. 46.

Clausula preseruatua limitat, & suspendit iurisdictionem iudicis commissarij. n. 47.

Clausula preseruatua importat conditionem, ita vt iudex non possit procedere, nisi prius soluta pensione. n. 48.

Et etiam facta inhibitione, cuius potentiam eneruat clausula, & subintelligitur conditio commissionis. n. 49.

c

Clausula

Clausula præseruatiua si deficit in commissione super nullitate, aut reformatione pensionis, exceptio litis pendente impedit executionem interim. n. 50. vide n. 41.

Exceptio nullitatis opposita executioni pensionis debet apparere notorie & euidenter, aliis non impedit executionem. n. 51.

Nullitas qua versatur circa extrinseca gratia pensionis (prout in exemplis que apponuntur) non impedit executionem, sed reseruat iudicio ordinario. n. 52.

Exceptio que opponitur executioni pensionis debet constare incontinenti. n. 53.

Nullitas que versatur circa intrinseca gratie, nempe circa surreptionem, vel obreptionem & similia, legitima exceptio est ad impediendam executionem pensionis. n. 54.

Exceptio surreptionis, & obreptionis efficit executorem incompetentem. n. 55.

Littere reservationis pensionis de stylo Curie regularuntur iuxta naturam litterarum beneficiorum. n. 56.

Surreptio annullat gratiam ipso iure, & per consequens dationem executoris, cui nulla attribuitur iurisdictio. n. 57.

Nicolai Garcia opinio reprobat. n. 58.

Pensionis reservatio super aliquo beneficio non facta relatione alia esse iam grauatum, est nulla, etiam si motu proprio fuerit reservata. n. 59.

Exceptio, quod in secunda reservatione pensionis non fuit facta mentio de alia pensione eiusdem beneficii, an requirat altiore indaginem. n. 60.

Pensionem si tertius habens super beneficio petat committi causam nullitatis prime pensionis, exigitur cautio, quamuis allegetur paupertas prioris pensionarij. n. 61.

Cautio iuxta l. is a quo ff. de rei vendi. procedit etiam in beneficiis. n. 62.

Exceptio reductionis, pensionis quando prouenit ex ventre Bullæ conditionaliter, nempe (dummodo tantam partem remaneat, &c.) impedit executionem, etiamsi incontinenti non probetur. num. 63.

Exceptio que iur ex ventre instrumenti Cameralis, etiam si requirat altiore indaginem, admittitur ad impediendam eius executionem. n. 64.

Pensionis reservatio cum clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore) & similibus, est conditionalis, de qua prius debet constare. n. 65.

Quod procedit sine ordinariæ, siue executiue agatur. ibidem, & n. 66.

Pensionis reservatio conditiones aut aliquas qualitates habens facit, ut auditor teneatur assumere partes iudicis. n. 67.

Et an ordinario sit talis causa in prima instantia remittenda. Vide ibidem.

Pensione Rectore grauatus si per decennium non

soluerit opposita exceptio, & causas non soluendi, & si apparentes allegando, (remissa causa ordinario) non potest executor contra illum executiue procedere. n. 68.

Pensionis non solute per longum tempus opposita exceptio commissio appellationis non datur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) cum pro opponente ad sit presumptio. num. 69.

Pensionem appositam super duobus beneficijs ab uno possessis, que postmodum ad duos possessores deuenissent, isti non teneantur in solidum, sed pro rata soluere. n. 70.

Pensio appositæ super duobus beneficijs deuentis postea ad duos possessores non dicitur liquida, sed prius debet executor cognoscere de rata portionis que tangat unumquodque beneficium. n. 71.

Quo casu non rescribitur commissio appellationis cum clausula (sine praiudicio legitima executionis.) ibidem.

Exceptio illa consentientem pensioni caruisse, bono iure & beneficij possessione, non impedit executionem contra titulatum. n. 72.

Pensionarius an teneatur verificare bonum ius consentientis reservationi pensionis. n. 73.

Pensionis translatarius an teneatur iustificare ius & titulum transerentis. n. 74. remissiuè.

Exceptio opposita per citatum, se non possidere beneficium pensione grauatum, legitima est ad impediendam illius executionem. n. 75.

Citatum esse possessorem beneficij pensione grauati, & fructus percepisse, vel per eum stare, quominus percipiat, quis tenetur verificare. n. 76.

Pensionis extincta per professionem pensionarij non impedit executionem, nec retardat solutionem, quia requirit altiore indaginem. n. 77.

Et an talis exceptio debeat prius discutiri in iudicio ordinario ibidem.

Pensionis extincta per matrimonium subsequutum non impedit executionem litterarum. n. 78.

Pensionarius si post professionem aut matrimonium permansit, in quasi possessione exigendi pensionem, vel ostendit dispensationem etiam intricatam, & non claram, non suspenditur executio, ut dictum est, aliis autem exceptio extinctionis pensionis executionem impedit, cum sit releuans probata intra breuem terminum. n. 79.

Exceptio que requirat altiore indaginem, relinquatur arbitrio iudicis regulato ex dictis hoc capite. n. 80.

Pensionis solutionem quales exceptiones impediunt. n. 81. remissiuè.

Subexecutor vigore clausula (ceterum) an queat procedere executiue contra bona debentis pensionem, & an sic excedere dicatur, ut appellationis locus sit contra Flor. de Mena, & Camillium Plantium defendit Autor. n. 82.

Sub

Subexecutor cum clausula (ceterum) debet esse in dignitate constitutus, cum sit mixtus non merus. n. 83.

A declaratoria incursum censurarum contentarum in Bulla pensionis appellari an liceat quoad utrumque effectum. n. 84.

Commissio appellationis super declaratoria censurarum latorum pro executione litterarum Apostolicarum rescribitur cum clausula (parito breui) ne suspendatur executio. n. 85.

Declaratoria incidens in iudicio executiuo, eius natura restituit propria amissa. n. 86.

Pensionis redemptio potest peti coram ordinario, si fructus parochialis post reuocationem uenerint in diminutionem, absque speciali commissione Pape. n. 87.

Pensionis reformatio à principio excessiua non potest coram ordinario tractari, nec legato, nisi ex speciali rescripto Pape. n. 88.

Exceptiones plures alie quando possunt opponi executioni pensionis, & de effectibus quasi possessionis pensionem exigendi, & quibus clausulis in eius causa appellationis rescribatur, & de alijs pluribus in causa iudiciali in materia pensionis, qui sint uidendi. n. 89.

HANC libet breuibus difficultatem aboluere, cum duplicis casus suppositione. Et primitus, quando pensio fuit assignata pro alimentis clerico, aut pro seruitio temporali, ut puta pro pulsandis campanis, aperiendis foribus, alioue pro quolibet simili temporali officio, & hoc casu appellationi à sententia lata super huiusmodi pensione interposita minimè esse deferendum, iuste putant Hiero. Guigas in tract. de pensio. quest. 95. num. 3. & ubi dicit, quod quando pensio reseruat pro alimentis, & pro uite humane sustentatione quoquomodo in eis processus fulminetur, siue executiue, siue summarie tantum, appellatio non admittitur, quemadmodum nec in causa alimentorum, ex l. ff. de appellat. recipiendis. de quo & nos exactè supra cap. 1. & sequutus Guigantem idem tenet Elcacia de appella. q. 17. limi. 7. num. 5. Ruginell. tract. de appella. §. 2. cap. 3. num. 277. quam doctrinam & ex eo etiam probat, quia in charitatiuo subsidio imposito per Episcopum pro alimentorum necessitate appellatio nequeat admitti, ut determinat Belenci in tract. de charitati. subsid. quest. 55. eodem etiam motiuo Guigantem sequitur Petrus Surdus in tract. de alimentis tit. 8. priuileg. 60. num. 9. quod & ualet ex eo comprobari, siquidem appellatio non suspendit exactionem salarij & mercedis, quia res dilationem non patitur, sed celebrem executionem desiderat, ut per Rebuffum, Azeued. & Flores de Mena dixi Salgado de protect. Reg. Tom. 11.

suprà hac parte 3. cap. 2. à num. 78. vsque ad finem.

Quando autem pensio alicui reseruata fuit eo quod beneficium resignauit, seu litigando cessit iuri liti, & causæ, super qua litteræ Papales fuerunt expeditæ, & tunc pariter nec à sententia lata super eis per executorem pro soluenda pensione appellatio emissa à possessore condemnato, minimè admittenda est, nec in denegata delatione uolentia committitur, cum careat suspensiuo, probant Hierony. Guigas ubi supra, dicta quest. 95. num. 5. n. 570. & per Rebuff. in tract. de sen. provision. in prefatione num. 125. Elcacia; de appella. quest. 17. limi. 7. sub num. 5.

Tum ob reuerentiam Apostolicarum litterarum, quæ cum habeant executionem paratam, non datur regulariter appellatio suspensiuæ; imò humiliter & reuerenter illis per executorem parendum, in eisdem litteris nominatum, l. 1. ff. de constit. Princi. cap. si quando de rescrip. l. 5. 1. tit. 18. p. 3. Mohedanus decis. 35. ante ff. vers. quia tunc propter auctoritatem litterarum debent exequi, de renunciatione. Staphileus de litteris gratia, §. ad predicta facit num. 14. Marqueffa. num. 39. Rebuff. in praxi de reformatione & declaratione nonæ, sub illis uerbis, ipsi uel duo, in uersic. postea dicitur. Hierony. Gonzal. in regula, de mens. gl. 9. in annotatio. num. 220. & nouissime dixit Rota pluries, ut per Marefcotum lib. 1. uariar. resolutio. cap. 2. 1. à num. 1. & post alios Marefcot. ipse lib. 1. d. c. 2. 1. n. ff. & utroque loco plures adducit Rotæ decisiones.

Et magis in specie facit, quoniam in exactione pensionis uirtute litterarum proceditur executiue aduersus titulatum tam ob earum reuerentiam, quam ob obligationem cameralem, quæ fieri assolet (ut aliud agens) dixit Rota. in vna Lucen. sacramen. pensionis, 15. Februar. 1593. coram Scraphino, & in alia Aretina pensionis 26. Iunij 1600. coram Milino, quas in aliud propositum adducit Nicol. Garcia de benefi. 1. p. c. 5. n. 4. 65. & sequent. Mohedan. d. decis. 33. 1. Guidobonus decis. 145. & decis. 141. Flores de Mena in praxi. qq. q. 12. à num. 24. Hieronymus Guigas, de pensio. quest. 95. num. 5. ab executione appellari non posse quoad suspensiuum effectum, notum est ex l. ab executione, C. quorum appellatio non recip. l. ab execute. ff. de appellatio.

Et in tantum hoc verum est, quod appellatio à decreto, seu sententia prolata, vigore harum litterarum interposita, suspensione careat, quoniam non solet concedi commissio appellationis huiusmodi absque clausula (sine praiudicio legitime executionis) secundum Vestrium in praxi lib. 3. c. 16. n. 3. optimè

optimè Marefcot. *variar. resolutio. lib. 1. c. 19. n. fi. Garcia de benef. d. cap. 5. num. 571.* vbi aduertit quòd prædictam clausulam signatura apponere consuevit, non autem alia, quam ponit Guigas de pensioni. *vbi supra, num. 5. & Marquess. de commissio. cap. 4. 2. p. num. 32.* scilicet (sine retardatione solutionis pensionis) quæ tunc apponitur, quando committitur appellatio super reductione, aut nullitate pensionis, vel etiam quando causa nullitatis, & reductionis committitur cum appellatione à sententia super executione pensionis, saltem implicite, virtute clausulæ (cum annexis & connexis, totòque negotio principali) quia tunc commissio vtraque clausula signari solet, & obtinet quod Guigas & Marques dicunt. idem aduertit Marefcot. *vbi proxime, dicto num. fi.*

10 Et pariter videre solemus, quòd quando appellatur à decreto, seu sententia vigore literarum Apostolicarum prolata; communitè in commissione appellationis, solet apponi clausula (sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, &c.) prout accidit, quando appellatur ab executione, facta vigore publici instrumenti cameralis, aut guarantigij, docent Geminianus in *conf. 99. incipit super primo, num. 2. & 3. Gallecius in tract. de Camerali obli. g. 3. p. in c. de questionibus varijs, post processum incidentibus num. 3. & 10. cum tribus seqq. Marquess. de commissio. 1. p. cap. 16. num. 34. Hierony. Gonzal. in regul. de mens. gloss. 9. in annota. à num. 221. Et ratio*

12 est, quoniam taliter appellans ab executione facta vigore literarum Apostolicarum, aut instrumentorum cameralium, seu guarantigiorum, aut rei iudicatæ, præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens, scilicet illorum executionem, & sic nihil agit, vt dicit Geminia. in *d. conf. 99. num. 3.* allegans ad hoc Ioannem Monachum, & eandem rationem ceteri citati reddunt.

13 Et prædictæ clausulæ huius sunt naturæ; vt præseruet iurisdictionem iudicis à quo. imò operatur, quòd commissio appellationis à dicta executionis sententia non suspendat, nec impediat, quin iudex à quo suam sententiam debet executioni tradat, & vt ad vltiora queat procedere. Paleotus *decis. 58. lib. 1. que est 3. p. diuersorum lib. 3. decis. 412. Marquessa. de commissio. 2. p. cap. 5. num. 11.*

14 Et 19. qua extante, potest iudex à quo cogere titularem ad solutionem pensionis, vt post Lancelo. *de attent. post inhibitionem c. 26. n. 13. Rota decis. 641. num. 10. & 11. p. 1. diuersor. Cæsar de Grass. decis. 3. in fi. de re iudi. Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 20. num. 1.* qui testatur, ita fuisse resolutum in vna Tara-

conen. villa de Reus 8. Februarij 1593. coram Cardi. Seraphi. & in alia Spoletana responsionis 5. Iulij 1599. coram Corduba. nec inhibito à iudice commissario, de causa appellationis cognoscenre, emanata afficit iudici à quo, vt probant Cæsar de Grass. *decis. 3. num. 4. de sententia, & re iudi. Hierony. Gonzal. vbi supra num. 224. & Garcia num. 573.* nam illa clausula enervat vim, & effectum inhibitionis, imò inhibito censetur facta subintellecta d. conditione, prout in commissione, à qua non aliter recipit iurisdictionem. Mandos. *de inhibitione. quest. 30. & 82. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. c. 20. ampliatione 11. n. 28. Cæsar de Grass. decis. 39. n. 4. Nicol. Garcia vbi supra 6. p. cap. 3. num. 140.* quia inhibitioni dicta conditio inesse videtur (licet contrarium tenuerit Marefcot. *variar. resolutio lib. 1. d. cap. 20. num. 2.*) quoniam si iudex, cui committitur causa, non habet iurisdictionem nisi executione peracta, ergo non poterit inhibere, ea deficiente, nec impedire iudicem à quo, vt exequatur.

Ac propterea & ab huiusmodi inhibitione appellationis interpositæ est tanquam licita à iudice deferendum, ex supra dictis, & quia prædictæ clausulæ limitant, & suspendunt iurisdictionem, quæ datur iudici commissionis de appellatione cognituro, Cæsar 20 de Grass. *decis. 101. num. 1.* imò talis clausula tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quòd iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi soluta prius pensione, Sarnerius in compendio signaturæ *num. 84. Paris. conf. 94. num. 12. lib. 4. Ioan. Paul. decis. 61. Puteus decis. 19. de pensio. Antonius August. de clausul. sine retardatione, &c. num. 6. Cæsar de Grass. decis. 8. num. 1. de re iudica. Rota diuersorum decis. 301. p. 1. Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. cap. 20. num. 3.* qui testatur, ita fuisse dictum in causa Verullen. pensio. 29. Maij & 15. Iunij 1587. corà Cardin. Plato & in Romana de Cineis. 23. Iunij 1595. coram Mantica, & de eodem anno in alia Burgen. pensionis 24. Nouemb. coram Cardin. Blanchetto, adeò vt per istam clausulam non possit in causa procedi, etiam si pensio sit verè soluta, sed tamen de solutione in actis nõ constat, quia iudex debet esse certus de sua iurisdictione, ita ampliat Marefcot. *vbi proxime n. 4.* & testatur, ita fuisse tenentur in vna Tarraconens. pensio. 15. Nouembr. 1593. coram Gypso. & faciunt ea quæ late à nobis dicta sunt supra 2. p. in c. 10. dum egimus, quando sit deferendum appellationi ab inhibitione.

Sed quia multoties ex modo procedendi in exigendis pensionibus solet qualitas, ac natura rei alterari, seu variari, ita vt sententia

in appellabilis (vt diximus) appellabilis efficiatur libet aliqua vitia & necessaria annectere libuit, ex quibus interdum vnum, tum aliud cognoscere queas. illo supposito, quòd aliquando à possessore beneficij, contra quem dirigitur executio literarum: legitimum aliquid opponit exceptionem, quæ si admitteretur, vt talis impediret executionem, sine quia gratia est subreptitia, & auditor Camera est incompetens, ac per consequens eius subexecutor, vel exceptio, quæ oritur ex ventre, seu natura ipsius gratiæ, tacite, vel expresse, purè, vel conditionaliter, quæ allegata, & opposita, saltem incontinenti, & summarie appareat, & constat (seclusa calumnia) tunc executor auditor, vel eius subexecutor excedit si eam non admittens, exequatur, & ab eo potest appellari quoad vtunque effectum, deuolutiuum, & suspensiuum, probat Guigas in *tract. de pensio. d. q. 95. cum Feli. notat. Emilius Beral. decis. 333. p. 1. & idem Guigas quest. 70. Hiero. Gratia. consil. 36. per totum lib. 2. & cum Guigante d. c. 95. num. 5.* idem dicit Marefcot. *variar. resolutio. lib. 1. c. 19. n. fi.* vbi de excessu executoris loquitur, Flores de Mena in *tract. q. q. 12. n. 44. qui n. 46. ad nostrum propositum dicit, quòd si oppressus pro huiusmodi appellationis declaratione ad suprema tribunalia occurrat, vim fieri, declarabitur, & innouata post eam senatores reponi iubeunt, quoniam hac directa via aperta, auditori cameræ seruat*

25 illa iurisdictione, auctoritas, & obediencia debita, maxime Gregorius XIII. in Bulla proprio motuque est inter collectas 9. non dat auditori iurisdictionem in prima instantia ex cedendo metas, & formam rescripti, Rotæque executionis tramitem, vt & nos alibi Deo dante diximus infra 5. p. c. fi.

Verum executioni Bullarum pensionis pariter locus non erit, nec etiam clausula (sine retardatione) aut (sine præiudicio legitime executionis) effectum suum operabitur, quoties ex ventre literarum constat, & apparet ex eius inspectione vitium seu nullitas pensionis, seu aliqua alia exceptio, quæ hanc impediatur executionem illatum, Rota *decis. 310. num. 3. fuit tenentur. p. 1. diuerso. Gomei. in compend. signat. num. 85. & 86. Sarner. in compend. signat. n. 84. Anton. Augustinus de clausul. sine retardatione. in princ. Cassiador. decis. 100. de rescript. Achil. decis. 4. in fi. eod. tit. Ioan. Hieron. Campanil. diuers. iur. cano. rubr. 11. c. 13. num. 286. Marefcot. variar. resolutio. lib. 1. c. 21. num. 7. vbi allegat Guigantem de pensio. q. 85. n. 10. & idem Marefcotus q. 22. n. 18. & seqq. qui alios, contrarium tenentes recenset, qui n. 23. optimè declarat, vt clausula non procedat, nisi pro summa contenta*

in sententia, vt fuit resolutum in vna Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blanchetto, quæ habetur in *decis. 310. p. 1. diuerso.*

Et ista conclusio, qua dixi, exceptionem ortam ex ventre Bullæ illius executionem impedire, intelligitur: quòd gratia est conditionalis: cum hoc casu visum, seu exceptio nullitatis dicatur, oriri ex ventre literarum, & non aliàs, ita declarat Marefcot. *variar. resolutio. lib. 1. cap. 22. num. 19.* & nos diximus inferius, & ipse *cap. 21. num. 9.* post alios, quos allegat.

Secundò declaratur, nisi adit quasi possessio exigendi pensionem, quia tunc non obstantè, quòd exceptio oriatur ex ventre bullæ, effectus d. clausulæ (sine retardatione) non impeditur. Cassiador. *decis. 10. num. 8. de rescriptis. Vestrius in praxi lib. 3. c. vlti. num. 1. Puteus decis. 585. n. 4. lib. 1. Marefcot. variar. resolutio lib. 1. c. 21. num. 10. & 22. num. 20.* quibus locis testatur, ita fuisse tenentur per Rotam in vna Burgen. pensionis 19. Februarij 1596. coram Mantica ibi allegata, & hoc vltimum bene limitat ipse Marefcot. *d. cap. 22. num. 21. & 22.* nisi ipsa possessio esset turbida, & non clara, vel pensio soluta fuisset per compulsionem, & metu censuræ, ad quod plures Rotæ decisiones adducit in comprobationem, vt tunc non constituit eum in quasi possessione.

Igitur quando executiue agitur, auditor Cameræ (executor literarum executorialium) postquam sibi sint literæ præsentatæ, procedit vel per viam monitorij vsque ad mandatum executionum, vel per viam processus, fulminando censuras secundum tenorem Bullæ, & committendo publicationem omnibus & singulis. & cum clausula (ceterum) Octauia Vestrius in *praxi Romane Curia lib. 2. cap. 4. à prin. Camilius Plautius in tract. de pensio. episcopa. à num. 27. fol. 534. tomo 5. tractatuum nouorum, Mandos. in tract. Domini. quest. 31. cum seqq. & quest. 76.* & ille subexecutor virtute clausulæ (ceterum processibus fulminatis, &c.) debet esse Canonicus cathedralis vel aliàs in dignitate constitutus, quia est mixtus, licet summaria, & executiuam habeat causæ cognitionem, & formam mandati, vt in terminis aduertit Ferretus *conf. 53. & Nau. in c. cum contingat. de rescriptis 2. causa nulli.*

Et cum primum præsentantur prædictæ literæ tam gratiosæ, quam rigorosæ, seu executiue, & si vigore dictæ clausulæ (ceterum) sumitur iudex, simul præsentatur prædictus processus fulminatus, vel dumtaxat ipse processus, in quo literæ sunt insertæ, quibus præsentatis, pensionario petenti man-

datum seu monitorii contra possessorem beneficij, pensionis grauari, pro tot ducatis, &c. exequitur iuber dari, literis inferis, vel predicto processu, eius virtute assumptus iudex, quod quidem mandatum continet ut possessor infra 6. dies, vel alium breuem terminum pensionario tot ducatos debitos soluat, sub excommunicationis sententiis, censuris, & pœnis, &c. & infra eundem terminum doceat de solutione, & partitione, alioquin dicto termino compareat, ad videndum se incidisse in excommunicationem, aliaque sententias, censuras, & pœnas prædictas declarari. facta citatione ad omnes, & singulos actus executionis aggrauationem, & reaggrauationem, cum comminatione, seu certificatione, quod siue comparuerit, siue non, ad prædicta & alia, quæ iustitia suadeat, eius absentia, seu contumacia non obstante, procedet, &c.

34 Hoc igitur monitorio, & mandato intimari, aut agitur contra possessorem, qui consentit pensioni, & tunc seruatis terminis de stylo curiæ seruari solitis, aut accusata contumacia, nisi compareat, statim absque alia verificatione (nisi referuatio fuerit conditionalis) datur sententia declaratoria, facta condemnatione expensarum, referuata taxatione, vt latius videre poteris ex Garcia de benef. 1. p. cap. 5. num. 532. cum seqq. & plures allegans Flores de Mena vbi supra num. 24.

35 Si verò referuatio est conditionalis, aut possessor, contra quem agitur, is idem non est, qui consentit pensioni, debet pensionarius coram executore ostendere, & probare, se esse in quali possessione, exigendi dictam pensionem, quo quidem releuatur ab honore iustificandi literas; alioquin verò illas tenetur iustificare, earumque narratiuam, aut conditionem verificare, ex his, quæ ipse Garcia supra num. 539. & 6. p. cap. 2. dubio 11. Flores de Mena supra num. 26. & seqq. vbi dicit cum Mandoño, Cassiadoro, Gomefio, & aliis, quòd sufficit monitorium auditoris in certo tenore gratiæ, quoad faciendam executionem in bonis ipsius successoris, non tamen ad eum declarandum, incidisse in excommunicationem & pœnas Bullæ, nisi ei intimeret, vt latius ibi per eum.

37 Et ex quo ille, qui est absens à loco iudicij, fuit citatus ad totam causam, & est contumax, alia non erit facienda citatio. Specula. 2. p. tit. de citatione §. viso. num. 4. & 5. & ibi Ioan. And. in addi. verbo incumbit. Nicol. Milis verbo citatus specialiter ad vnum. Abb. in c. fi. de dilationibus num. 9. & seqq. Vantius in tract. de nulli. ex defectu citationis. à num. 101. Maranta de ord. iudi. 6. p. tit. de citatione n. 118. Grauius ad Festrum lib. 4. cap. 4. num. 15. &

Rota decis. 8. de testibus aliis 93. in nouis. ad fi. vbi dicit, quod partes sunt citandæ ad totam causam inclusiue, & citationes, quæ postea fuerint in curia per audientiam contradictarum, seu aliàs, potius sunt de vrbani- tate, quàm de necessitate, & rigore iuris, vt tradit Hierony. Gonzal. in gl. 9. in annotatio. num. 74.

Et tamen si citatus comparens allegauerit contra executionem aliquam legitimam exceptionem, velut solutionis, remissionis pensionis, aut redemptionis, factæ auctoritate Papæ, vel similem aliam notoriam, seu euidentem, quæ incontinenti possit probari, nec longiori indagine indigeret, & tunc debet iudex breuem terminum ei assignare, cum sit incontinenti probanda, non decem dies, quæ in Hispania conceduntur executatis, sed maiorem, vel minorem, prout iudex arbitrabitur. Hieron. Gigas in tract. de pen. quest. si. num. 20. & per totam, & etiam per Menoch. de arbitra. lib. 2. casu 9. & 12. Contar. in l. vnica C. si de momen. limi. 12. & Massa Gallesius de obligatione Came. 4. p. quest. 1. Garcia d. cap. 5. num. 544. & seqq. Flores de Mena d. quest. 12. num. 32. vbi dicitur, quòd si exceptiones oppositæ requirant altiore indaginem, referuentur iudicio ordinario.

Vnum non omittam examinare, an exceptio litis pendentiæ in via ordinaria inter possessorem seu Rectorem grauatam, vel super reformatione pensionis, vel super nullitate, opposita coram auditore cameræ, aut subexecutore in partibus, à dicto vigore clausulæ (ceterum) procedente ad executionem per viam monitorij, & reintegrati- onis, vel per viam declarationis incurfus censurarum (vt dictum est) an eandem executionem debeat impedire. Breuibus negatiue respondeo, imò ea non obstante potest executor, ad vltiora procedere, siue quando dicta lis pèdeat, ex vi commissionis. Pontificis cum clausula ordinaria (sine retardatione solutionis pensionis) vt per Rebuf. in tract. de pacificis possessio. num. 156. & per Hierony. Guigan. supra quest. 69. notat Octauia. Vestrius in praxi Romane curiæ lib. 3. cap. si. n. 1. idem Guig quest. 85. & 47. Camillus Plautius in tract. de pensio. num. 2. Lancelo. Robert. de attent. 2. p. cap. 10. num. 38. & c. 17. n. 60. & 92. idem Guigas quest. 39. Fabius decis. 182. in vna 3. p. diuers. & post Marquessa. & plures Rotæ decisiones tenet Ioan. Hiero. Campanil. diuers. iur. cano. rubr. 11. cap. 13. num. 285. Staphil. de liter. iustis §. in primis num. 84. idem Guigas quest. 62. num. 12. Marefcot. vbi bene explicat, lib. 1. variat. resolu. cap. 2. 1. à num. 1. qui testatur, sic fuisse dictum in vna Cusentina pensionis 6. Nouemb. 1596. coram Corduba,

duba, in vna Romana pensionis sub die 18. Iunii 1597. coram Pamphilo, & alias plures, quas adducit num. 2. qui dicunt dictam clausulam hoc casu apponi duplici ratione, prima ad obuiandum fraudibus, & malitiis, soluere recusantium: altera est propter honorem Papæ, ne scilicet eius literæ, in quibus pensio mandatur solui, careant obedientia.

42 In tantum, quòd si pensionarius transtulerit pensionem (quam vigore literarum transtulisse poterat) & titularis dicat, non rectè translata fuisse, & petat committi causam super nullitate, datur hæc clausula, licet translatus nunquam pensionem perceperit, dummodo tamen transferens fuerit in quali possessione exigendi pensionem, Anton. Augusti. de pensio. tit. de traslat. vers. clausula sine retardatione n. 3. Marefcot. vbi proxime d. cap. 2. 1. num. 4. qui testatur, ita fuisse dictum in vna Bononien. pensio. 17. Maij coram Cardi. Melino. Plures Doctores in proposito adducit, elegantèrque loquitur Marquessa. de commissio. 1. p. cap. 14. num. 71. & 72. fol. 140. qui post alios loquitur in vtroque casu, siue adit quasi possessio, exigendi, siue non, dummodo facultas Papæ translationis doceatur. Cui conuenit doctrina Innocentij in cap. cum super. de causa poss. & prop. quòd nouo beneficij possessori competunt omnia remedia possessoria pro rebus spectantibus ad beneficium, etiam si numquam fuisset in possessione illarum, dummodo prædecessor fuerit in possessione Rota in nouis decis. 4. Rebuffus in d. c. cum super. pag. 225. colu. 2. vers. & ideo in illo text. facit l. si. tit. 28. p. 3. Mieres de maiora. 3. p. quest. 6. num. 34. in nouiori impressione, & quæ dixi 2. p. cap. 9. à num. 89. Et quando in translatione pensionis fit rescribendum cum dicta clausula, vide latè per Marquess. vbi proxime à num. 58. vbi plurimos citat. Marefcot. d. cap. 2. 1. n. 17. etiam si titularis vnam pro se habeat sententiam, vide latè Marefcot. d. lib. 1. cap. 2. 2. n. 5. quem vide, & cap. 2. 1. num. 6.

44 Siue etiam coram iudice ordinario præfata lis de reformatione, seu de nullitate pendeat, & absque commissione, vel cum ea absque d. clausula, quoniam adhuc dicta exceptio litis pendentiæ non impedit viam executiuam literarum, vt vltra supradictos tenet Flores de Mena in d. quest. 12. num. 31. sequitur eum, eius verba referens, Garcia de benef. d. cap. 5. num. 225. qui addit, etsi ordinarius executorem inhiuisset, quia non potest, cum sit inferior. Nam dicta clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quæ 46 apponi affolet in commissione appellati- onis super causa reductionis, vel nullitatis pensionis ob reuerentiam literarum Apo-

stolicarum, & calumnias debitorum, vt ex his, quæ Flamin. Paris. de resign. lib. 6. quest. 2. num. 153. Guigas quest. 35. num. 9. Rebuf. de pacificis possessio. n. 156. Gambarà lib. 6. q. 17. 47 & 36. quæ clausula cum limitet, & suspendat iurisdictionem, quæ datur iudici commissario, Cæsar de Grass. decis. 101. num. 1. & importet conditionem, adeò quòd iudex non possit procedere nisi prius soluta pensione, tenent Pontan. de alimen. cap. 19. n. 4. Marquess. de commissio. cap. 4. num. 36. Gomefius in compendio vtriusque signaturæ vers. confirmatur ista opinio. Rota decis. 16. lib. 3. p. 3. diuersorum, quòd & adhuc procedit, vt etiam facta inhibitione virtute talis commissionis. Lancelo. de attent. 2. p. cap. 17. num. 64. vers. circa scriptis. idem cap. 20. ampliatione. 1. n. 28. nam illa clausula enerauit vim, & effectum 49 inhibitionis, & inhibito censetur facta stante dicta. conditione prout in commissione, & intelligitur repetita. Mandos. de inhibito. quest. 30. & 82. idem Lancelo. cap. 20. ampliatione 11. num. 28. Cæsar de Grassis decis. 96. num. 4. Gonzal. de alter. gl. 9. in annota. n. 224. 50 & superius diximus, quòd alter erit dicendum & intelligendum, quando dicta clausula in commissione prædicta non adest: nam tunc exceptio litis pendentiæ super nullitate, aut reductione opposita executioni, eius progressum impediret, vt ex aliis pluribus notat Nicol. Garcia de benef. 1. p. c. 5. num. 523. vide supra num. 41.

Hoc autem, quòd de exceptione nullitatis diximus, ita erit intelligendum, vt si non sit notoria, ac euidenter de ea constet, sed requirat altiore indaginem, siue cum ex litis pendentiæ simul, siue ipsa sola opponatur executioni; vtique ob stare non tenetur, ex his, quæ per Barr. & Ripam in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. Lancelo. de attent. tit. de attent. nullitate pendente. & nos ex his que sursum diximus, & inferius in capitulo 9. vbi latè. vt puta quando nullitas versatur circa extrinseca gratiæ pensionis; videlicet: 52 quando pensio fuit referuata ex causa resignationis aut cessionis iuris, & litis, & disputatur de titulo, & iuribus resignantis, vel de validitate cõcordiæ, quæ non impediunt, sed referuantur iudicio ordinario, & procedunt Doctores supra secundum Flores de Mena d. quest. 12. num. 32. quem in hoc sequitur Garcia supra num. 546. & quòd d. exceptio debeat incontinenti constare, post alios tenet Ioan. Hierony. Campanil. diuers. iur. cano. rubr. 11. cap. 13. num. 286. post alios quos citat.

At verò quando prædicta nullitas versatur circa intrinseca ipsius gratiæ; nempe: circa eius surreptionem, vel obreptionem; scilicet:

licet; quia impetrans, non fecit mentionem de alia pensione prius constituta, quia tunc secunda impositio nulla iudicatur, & subrepticia, vt per Cacciaiup. in tract. de pensionib. decif. 3. Petrum Gambara 6 p. num. 127. Paul. Emil. Verat. decif. 310. & 311. num. 4. & 312. lib. 2. & hæc est legitima exceptio ad impediendum executionem, quia efficit executores omnino iudicem incompetentem, vt concludit Hierony. Guigas de pen. quest. fi. num. 13. & per eum eleganter quidem dicit Flores de Mena vbi supra num. 33. circa quod æquiuocè loquitur Nicol. Garcia de benef. 1. p. d. cap. 5. num. 546. ex cuius verbis, vix aperte colligi potest contra Menam respondeat, quod si faciat, & responder ad Guigantem allegatum, & dicat, vt ille se declarat num. 21. protecto Guigas ibi melius ad propositum opinionis Flores de Mena loquitur, applicans validissima fundamenta, nullo autem pro sua vltus est Garcia.

56 Nam cum literæ refectionis pensionis de stylo Curie regulerentur secundum naturam literarum beneficalium, vt testatur Guigas num. 13. & ideo, prout ipse arguit, si surreptio vitia gratiam, & litteræ sint ipso iure nullæ, c. ad audientiam el. 2. de rescrip. & datio executoris in illis conteta, etiam nulla est, nec per illas aliqua tribuitur iurisdictione executori, secundum Ab. & Immol. per text. ibi. in cap. cum in nostris de concess. prabend. Feli. in c. si quest. penul. de presumption. idem in d. c. ad audientiam 1. vers. litteræ beneficales non dant ius, &c. latissime Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 201. à prin. & facit c. si super gratia. de rescriptis lib. 6. igitur bene concludere, dicendum est, Guigantem & Menam, quia cum auditor non sit iudex competens, si surreptio coram eo, vel subexecutore allegetur, non poterit ad executionem procedere, lite super dicta surreptione, & nullitate pendente. nam aliàs hæc cum sit legitima exceptio, executor non admittens excedet notoriè, ac propterea appellans decretum violentiæ obtinebit, & reponet attentata, vt supra dixi.

58 Nec est bona illatio, nec bonum argumentum, quod aliàs facit ipse Nicolaus Garcia videlicet, num. 560. cum seqq. vbi dicit: quod exceptio nẽpe, quod beneficium erat grauatum alia anteriori pensione; non impedit executionem literarum vltimæ pensionis regulariter. nam quamuis certum sit, ipsam non valere ipso iure, si de prima mentio facta non fuit, etiam si motu proprio referuata sit, ex Cassiador. Caputa Mohedano, Mandosio, Flaminio Parisio, & alijs, etiam si prior sit conditionalis: tamen, dicit ille, cum excipiens tenetur probare, quod

tempore secundæ, prima erat referuata, & quod erat valida secundum Caputaq. decif. 301. Flamin. Paris. de resig. lib. 6. quest. 2. à n. 40. Cota decif. 110. & 107. ista exceptio requirit altiorem indaginem. Sed miror tanti viri, hanc namque, quis opponens incontinenti, & intra terminum datum à iudice nõ verificabit: imò breuissimum, cum probata sit ex datis vtriusque Bullæ dumtaxat. & sic non sequitur, aliqua exceptio requirit probationem, ergo requirit altiorem indaginem, quoniam, vt supra diximus, ad hoc dumtaxat datur à iudice executor terminus, licet breuis, eius arbitrio, vt apposita exceptio intra illum probetur, & sic nihil mirum, vt contra ipsam fortiter tenendū sit.

Et contra opinionem Nicolai Garciae, doctrina Marefcoti variat. resolu. lib. 1. c. 2. n. 5. verget, vbi dicit, quod si tertius habens pensionem super beneficio, & petat committi causam nullitatis prioris pensionis, etsi allegetur paupertas prioris pensionarij: exigetur cautio iuxta l. is à quo, ff. de rei vind. quia vt ipse dicit post Ab. & alios in c. veniens. de testibus. locū habet etiam in beneficalibus.

Quid autem dicendum est de exceptione reductionis pensionis, quando ex ventre ipsius Bullæ prouenit conditionaliter: nempe; dummodo tantam partem remaneat, vel, centum pro Rectore, &c. In quo dicendum est, quod ista exceptio admittenda est, ad impediendam executionem, ex quo oritur ex ventre supplicationis, etiam si non probetur incontinenti, vt determinauit Rota in vna Ruanaten. transactionis 21. Iunij 1592. quam ad id trahit literaliter Garcia supra num. 489. cum seqq. & supra, in qua fuit resolutum, quod exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti, etiam si requirat altiorem indaginem, in quocumque iudicio admittitur, etiam ad impediendam executionem obligationis Cameralis, Cassiador. decif. 10. num. 2. de rescrip. Sarnerius in compendio signaturæ num. 84. & seq. Acorambon decif. 36. lib. 1. Tiraquel. de retr. lignagi. §. 4. gl. 1. n. 4. Gallelius ad obligationem in forma Camere 4. p. formulæ 1. quest. num. 8. & aliàs etiam decisiones Rotæ ibi Garcia refert, & ex alijs pluribus latè supra probauimus.

Maximè, quia referuatio pensionis cum illa clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore,) (seu mille pro Episcopo) vel (dummodo tantam partem fructuum non excedat) est conditionalis, de qua in primis, & ante omnia constare debet, & verificari, siue ordinariè, siue executiue agatur, vt latè ex his, quæ cumulat Nicolaus Garcia, plures allegans, d. cap. 5. à num. 485. Cassiador. decif. 10. de rescriptis. Guigas quest. 85. num. 10. idem

idem quest. fi. num. 15. & plures decisiones Rotæ in hoc propositum, ad literam refert. Gratia. supra à num. 464. cum pluribus seqq. latè etiam plures Doctores, ac Rotæ decisiones in proposito congescit Marchesa. de commiss. 1. p. cap. 14. num. 45. fol. 137. & latè etiam eod. cap. 14. quod est additamentum num. 79. cum seqq. fol. 153. & ex Gomezio in Compendio vtriusque signaturæ dicit Flores de Mena d. quest. 12. n. 42. quod si gratia pensionis aliquas qualitates, aut conditiones contineat: non potest executiue executor procedere, nisi prius verificatis præfatis qualitatibus, & si contradictorium iudicium, & viam ordinariam requirant. quia tunc auditor tenetur assumere partes iudicis, ex Feli. in fi. de presumpcio. remittendæ sunt ordinario in prima instantia ex dispositione Concilij Tridentini, vt pariter fit dicendum, quando Rector onere pensionis grauatus per longum tempus puta: per decennium pensionem non solueret, & hac exceptione opposita causas apparentes non solutionis allegando (remissa causa ordinario) non potest auditor, & executor contra eum procedere via executiua, nec tunc commissio appellationis datur cum supraddicta clausula (sine retardatione solutionis pensionis) ob presumptionem, quæ viger in eius fauorem, vt notat Guigas d. quest. 85. num. 2. & per Gomezium vbi proximè. Flores de Mena n. 41. plures in proposito citat, & sequitur Marquestia. de commissio. p. 1. c. 14. el. 2. n. 42. fol. 148. & hac ratione vim facere subexecutorem in partibus non deferetem appellationi declaratum vidi.

70 Item legitima reputatur exceptio, ad impediendam Bullæ pensionis executionem: quando ipsa imposita fuit super duobus beneficijs, aut pluribus, quæ postmodum deuenire ad diuersas personas, & possessores: quia scilicet non tenentur ad dictam pensionem in solidum, sed pro rata tantum, quo casu cum pensio non possit dici liquidæ: donec iudex cognoscat, quæ sit rata portionis, quæ tangit vnumquemque, & discutiat valentiam omnium beneficiorum; ideo tantquam exceptio executionis legitima reputatur. quare nõ rescribitur etiam cum clausula (sine præiudicio legitime executionis) vel (sine retardatione, &c.) ita tenent Anto. Auguf. de solutio. pensio. num. 2. Sarnen. in compendio signaturæ num. 88. vers. est & alius casus. Guigas de pensio. quest. 85. num. 5. & ex c. constitutus, & illis Abb. Innocen. de religio. domi. concludit. Rota adducta per Sarnen. vbi proximè. Paleot. decif. 304. in manuscriptis. Paris. de resig. benef. lib. 6. quest. 4. n. 47. Ioan. Hierony. Campanil. diuers. iur. cano. rubr. 1. c. 13. n. 287.

fol. 362. Marefcot. variat. resolutio. lib. 1. cap. 2. 1. num. 16. vbi testatur, sic fuisse resolutum in Rota in vna Segobien. pensionis coram Card. Seraphi. sub die 19. April. 1602.

Rursus si citatus vigore monitorij comparentis opposuerit prædecessorem consentientem pensionis referuati, non habuisse bonum ius, nec possessionem beneficii, quamuis pensionarius adstringatur ad verificationem illius, hoc procedit, quando agitur via ordinaria: secus autem, quando via executiua, quia tunc isthæc exceptio executionem non impedit opposita, ita Rebus. de pacificis possess. num. 156. alias 137. quem ita intelligit Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 515. quem vide à num. 511. vbi agit an, & quando pensionarius bonum ius consentientis teneatur verificare. & quando translatus pensionis teneatur iustificare ius, & titulum transferentis sui antecessoris, latè per Marefcot. variat. resolutio. lib. 1. cap. 22. à num. 24.

Aliter itaque iudicandum erit de exceptione, à citato opposita; nempe se non possidere beneficium, super quo pensio referuata est, vt probat Bucca. in tract. de stylo curie audito. Camera. cap. 22. vers. quia sibi. Salustius Tiberius in praxi auditor. Camera. lib. 3. cap. 3. num. 6. Sequitur Nicol. Garcia supra n. 567. qui quamuis numeris sequentibus dubitet, an ipse pensionarius teneatur verificare: reu conuentum successisse in dicto beneficio, & ipsum percepisse fructus, vel stetit per eum, quominus illos percepisset, antequam reus id asserat: tamen quando executatus id opponit, nemini dubium est: ipsum teneri legitimare, cum sit de substantia iudicij, & executionis.

Quibus adde, quod exceptio extinctionis pensionis, per professionem pensionarij non impedit executionem, nec retardat solutionem pensionis, imò, ea nõ obstante, declarandus est titularis; si non soluit, quia requirit altiorem indaginem, cum Monachus ex dispensatione possit pensionem retinere, & sic de ea prius est in iudicio ordinario cognoscendum, & iudicandum, vt tenent Caputaq. decif. 82. 1. p. 1. & decif. 223. & 317. p. 2. Guidobonus decif. 138. & ita pariter terminauit Rota, cuius decisionem literaliter refert Nicol. Garcia d. p. 1. cap. 5. num. 548. vbi infirmit in exceptione extinctionis per matrimonium subsecutum, allegans alias decisiones, quas quidem omnes & bene ipse à num. 553. intelligit, & declarat; vt locum habeant in casu, de quo loquuntur, nempe: quando post contractum matrimonij, vel professionem, pensionarius permansit in quasi possessione exigendi pensionem, aut etiam quando

quando pensionarius post matrimonium ostendit dispensationem, quamvis intricatam, & non claram, quia tunc interim dum in iudicio ordinario de ea extinctione non iudicatur, solutio pensionis differenda non est. quo deficiente (dicit ille) ista exceptio extinctionis relevans est probata incontinenti, & intra breuē terminum, ab executore assignato; cum non requirat altiorem indaginem, sed sit clara, & excludat pensionem, & pensionarium ex Vicames. *conf. 284.* & ibi latē prosequitur hunc discursum.

Et quando exceptio requirit altiorem indaginem; relinquatur arbitrio iudicis, regulato tamen ex his, quæ longa manu cumulat Menochius de arbitrar. casu 20. & de recuperanda possessione rem. 1. *quest. 2. 1.* Contard. in l. unica limi. 12. C. si de momen. poss. Rota *decif. 57. num. 3. p. 2. dixerfor. idem Meno. lib. 2. casu 9. & 12.* & ex his etiam regulato quæ hucusque diximus, & plures exceptiones alias quæ executioni possunt opponi, vide per Guigantem de pensio. *q. si.*

Memineris tamen, quod dicit Flores de Mena in *pract. d. quest. 12. num. 2. 5.* cum Camilio Plautio in *tract. de pensioni. Episcopali. à n. 2. 7. fol. 53. 4. tomo 5. tractatum nouorū*: quod subexecutor vigore clausulæ (ceterum) non possit procedere executiuē contra bona debentis pensionem, quia hoc sibi commissum non est: sed solum potest, publicare censuras fulminatas ab auditore Cameræ in casu non solutionis, & denunciare debitorem excommunicatum, & præcipere aliis: ut eum denuntient, & euitent, aliās excederet, & possit propterea ab eo appellari, quia meritò contra eos resoluit Nicolaus Garcia *vbi supra 1. p. cap. 5. num. 18. 5. & sursum*, ex eo quod executor auditor committit illi suas vices absolute pro executione pensionis, prout ipse Flores de Mena sentire videtur, *num. 30.* quod coroboratur ex eo, quod superius diximus, ideo hunc subexecutorem debere esse in dignitate constitutum; quia mixtus est, non merus executor.

Sis & illius sententiæ memor: quod cum ad denunciationem & publicationem excommunicationis huiusmodi requiratur præuia declaratoria illius, ad Guigantem *quest. 78. num. 4. vt nec ex eo causa efficitur appellabilis, cum sit executiua, secundum Nicolaum Garcia d. cap. 5. num. 586. contra Camilium Plautium loco proximè citato. nec ab huiusmodi declaratoria appellationi interpositæ non deferens vim faciet executor, & ultra Nicol. Garcia idem affirmat Marquesan de commissio. 1. p. cap. 13. num. 1. quod commissio appellationis à declaratoria censura latarū pro executione literarum Apo-*

stolicar. nisi cum clausula (parito breui) quia appellatio à declaratoria lata vigore processus executiu, cum careat suspensiuo effectu, nisi cum dicta clausula non rescribi, ne suspendatur, & impediatur executio literarum, allegat etiam Cassiadorum *decif. 10. de rescriptis. Staphil. de vter. iustitia cap. prædicta num. 13. Puteum decif. 41. p. 1.* quia cum declaratoria incidat in iudicio executiuo, 86 præcisè debet eius natura vestiri, propria amissa, *cap. accessorium de regul. iur. lib. 6.* Et quia cum causa est executiua, omnes eius articuli sunt executiu, vt pluries dixi, & vide quæ nos latius infra lib. 4. c. 5. de compulso. *vers. circa quod notabi. aduerte. & c. à num. 60.* cum seqq. de quo articulo etiam latè & luculenter diximus supra lib. 2. cap. 3. per totum.

Et amplius circa ea, quæ dixi supra; aduerte: quod quando fructus parochiales deueniunt in diminutionem post reservationem pensionis factam; potest peti reductio, & eius reformatio coram ordinario sine speciali rescripto, & commissione Papæ, etiam si pensio fuerit reseruata per ipsum Papam, quia intelligitur rebus sic stantibus, Decius *conf. 335. Aimon. conf. 95. num. 4. Tiraq. in l. si vnquam de reuoca. don. in prin. à num. 166. & 161. Gutierr. de iura. confirma. 1. p. cap. 7. 1. num. 6.* quando verò à principio isthæc reservatio per Papam facta fuerit excessiua, 88 quia tunc de eius reformatione non potest tractari per ordinarium, nec legatum, nec alium iudicem, nisi ex speciali rescripto Papæ, videndus Garcia *d. cap. 5. num. 440. & 441. & superius 369.* vbi etiam agit in qua quantitate pensio reseruanda sit, tam in beneficiis simplicibus, quam in curatis, & episcopalibus, hæc ad nos attinent, cætera autem pensionis materia suos habet auctores, illos require in necessitatibus.

Et de pluribus aliis exceptionibus, quando locum habeant in pensionis executione, & de effectibus quasi possessionis in illius exactione, & quando rescribatur, vel non rescribatur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) vel (sine præiudicio legitime executionis) & de natura, & variis effectibus illius clausulæ, & de aliis pluribus de materia iudiciali in exactione pensionis, vide ultra Nicolaum Garciam & Flores de Mena loco pluries citato, Marquesa. de commiss. appellatio. in causa pensionis *cap. 14. per totum 1. scilicet & 2.* quod in duas partes diuisit. 1. p. fol. 132. cum seqq. & fol. 142. cum seqq. amplissime, Marefcotum *variar. resol. lib. 1. cap. 2. 1. & cap. 22.*

CAPVT IV.

A secunda sententia reuocatoria prioris, siue contra actorem, siue contra reum lata, in iudicio sui natura priuilegiata, & non admittente appellationem; an ei interpositæ non deferens iudex vim faciat. & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam priuilegiatam intentantem.

S V M M A R I V M.

Sententia lata contra agentem aliqua via priuilegiata, & non admittente appellationem an illam admittat quoad vtrumque effectum. *num. 1.*
Sententia in secunda instantia lata in fauorem agentis via priuilegiata reuocatoria prioris contra illum lata, an executioni sit mandanda non obstante appellatione. *ibidem.*
Sententia secunda reuocatoria prima priuilegiata, & iam executæ, an sit pariter executioni (altera reuocata) mandanda appellatione non obstante. *ibidem.*
Sententia lata contra intentantem viam executiuam, remedium possessorium, & petentem alimenta, & similia, appellationem admittit quoad vtrumque effectum. *n. 2.*
Sententia lata contra petentem missionem ex l. si. C. de edicto diui Adri. permittit appellationem suspensiuam. *n. 3.*
Idem est in sententia negatiua lata in alijs possessorijs remedijs. *n. 4.*
Sententia lata contra actorem petentem alimentata licita est appellatio suspensiu. *n. 5.*
Appellari non licet, quando agitur de conuertendo frumentum in vsum militum & subsidium annonæ. *n. 6.*
Sententia negatiua distributionis annonæ in vsum militie admittit appellationem quoad vtrumque effectum. *n. 7.*
Sententia lata contra mulierem petentem dotem recipi suspensiuam appellationem, licet lata in eius fauorem non suspendatur. *n. 8.*
Præceptum de soluenda pensione licet non admittat appellationem, tamen vbi negatur, ipsum præceptum ad pensionem agentis, licita est quoad vtrumque, quia cessat priuilegium. *n. 9.*
Sententia de non exequendo rem indicatam aut obligationem Camerealem permittit appellationem suspensiuam. *n. 10.*
Licet alij contra inaduerterem & promiscue dicant, à præcepto de exequendo, & non exequendo non dari appellationem. *ibidem.*
Ratio redditur fundamentalis quare detur appellatio Salgado de protect. Reg. Tom. II.

latio suspensiu actori intentanti actionem priuilegiatam, & reportanti sententiam negatiuam, cum affirmatiua non suspendatur. *n. 11.*
Senatus regius aditus per viam violentie quotidie decernit, vim facere iudicem non deferentem appellationi emisse à sententia negatiua lata contra agentem aliqua via priuilegiata, scilicet, executiua. *n. 12.*

Dilatio decem dierum in via executiua debitori assignata, vt intra illam suas probet exceptiones, cum sit in fauorem actoris limitata, potest eo desiderante prorogari. *n. 13.*

Text. in c. fin. de mut. petitionibus interpretatur. *num. 14.*

Appellatio prohibita in causa conuentionis, an censetur prohibita in causa reconuentionis. *num. 15.*

Clausula rescripti ad lites (appellatione remota) si respicit totam causam, est communis Actoris & Reo. *n. 16.*

Rescriptum ad lites est commune, & regulatur secundum ius & iustitiam. *ibidem.*

Actor & Reus non debent ad imparia iudicari, nec actori licere, quod reo licitum non existat. *num. 17.*

Aequalitas in iudicio semper est seruanda. *n. 18.*

Correlatiuo in vno si sit prohibita appellatio in altero ex correlatiuis intelligitur prohibita. *n. 19.*

Rescriptum quo prohibetur appellatio, pariter operatur in præiudicium Actoris ac rei ex capite equalitatis seruanda in vtroque. *n. 20.*

Appellanti ne tradatur possessio suo aduersario, pariter nec ei tradenda erit. *n. 21.*

Causa conuentionis si est tractanda summarie vigore rescripti; pariter summarie tractanda est causa reconuentionis. *n. 22.*

Clausula (appellatione remota) apposta in commissione prima instantie, censetur repetita in commissione appellationis. *n. 23.*

Clausula (appellatione remota) idem operatur, quando virtualiter subintelligitur in secunda commissione, vt puta quando refertur ad aliam, à qua virtutem & potestatem recipit. *ibidem.*

Causa quando est summaria, omnes eius articuli etiam summarij sunt. *n. 24.*

Clausula appellationis prohibitiua non intelligitur repetita in alia persona, quando diuersitas rationis aliud specialiter inducat, quia in vna ex partibus tantum fauor, aut odium dumtaxat viget. *n. 25.*

Agens priuilegiata via si sententiam contra se reportet, appellat suspensiuè, si autem Reus illam reportet, non; quia in vtroque diuersa fauoris militat ratio. *n. 26.*

Sententia lata contra agentem via priuilegiata, qui ab ea appellans reuocatoriam illius obtinuit, hæc secunda reuocatoria erit executioni mandanda. *n. 27.*